



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. De natis ex matrimonio putatiuo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

ra? pluries reus Aetricem asserit Parisijs huc venisse, vt coniugalem actionem institueret, adeoque inchoata aditio haec Iudicis, primordium liti praestat; ex eoque tempore ad effectum alimento rum lis inchoata conseri potest.

Addicenda autem alimenta censentur ex quo peti cooperunt: præteritu, autem temporis alimenta addicenda non videntur. quia cum tantum debantur officio Iudicis, non via actionis; qui aliunde de præterito vixit, ea petere non potest. *Faber in Cod. suo l. 4. t. 7. d. 20. post Bart. in l. liberis quod s. 1. n. 3. D. de alimen. leg. vbi id asserit in filio respectu patris: Rota decis. 305. in you. inc. monachus profic. in monacho respectu abbatis: Decius in c. Episcopus X. de preb. in ordinato sive titulo respectu Ordinantis: Alexand. vol. 4. cons. 27. n. 2. in vidua intra annum luctus non agente respectu haeredum: Caffren. in l. divortio 8. n. 6. D. sol. mat. & generatim Felin. in c. ex parte x. de accus. in fin. Matth. Affluti. decis. 10. in fin. & iusta est ratio, quia de præterito nemo viuit, sed transiit ea cura. unde leges de præteritis alimentis transiigi permittunt, non de futuris. l. alimentis. C. de transact.*

*Alimenta, quæ à coniugibus in uicem præstanta sunt, officio Iudicis, non via actionis debentur, dum nullus est contractus qui eam passionem habet; vel quasi; non maleficium vel quasi: sine quibus non datur actio. s. namque agit. Init. de act. nec haec sine obligacione. l. licet. s. 11. D. de procur. sed dignit haec instinctus naturalis, & aequitas. & vbi haec subest, & illa deest, datur officium Iudicis. l. plan. s. fin. D. de petit. hered. l. Quintus. s. Pompon. D. de alim. leg.*

*Quod autem obijcitur maritum, qui indotatam vxorem accepit, non teneri ad alimenta, si patrem illa habeat sufficientem: arg. l. quod hi nulla. 28. D. de relig. &*

*Quid si  
maritus  
indotatam  
vxorem  
accipit?*

*sumpt. fun. vbi id deciditur quoad sumtus funeralis vxoris, quin immo Fulgo. ad d. 1. 28. contendit dari rem petitionem marito, qui aliut vxorem, si aliunde habet ipsa, aut patrem opulentum, dixi indotatum: alioquin indubie tenetur maritus. l. doris fructus. D. de tur. dot. l. fin. in fin. D. de tur. dot. & non pater: l. quis. s. sed eti filius. D. de lib. agno. at vero patris legitimii officium est dotare filii secundum suam qualitatem: at hic non est pater legitimus, & adulterinam filiam iure ciuili nequidem malere teneret. l. s. s. idem rescriptu. D. de agnfo. & l. lib. Aut. Quib. mod. nat. effig. s. s. discretis. s. fin. s. operet. viror splendore dicitur radijs mariti, dignitatem & domicilium ab eo sortiri. l. 11. C. de incol. l. 10. ergo maritus pro sua qualitate id præstare debet, quod non debet pater, & quamvis iure canonum pater etiam ex illico contumaciam problem pro ratione facultatis teneatur altere. c. s. in fin. X. de eo qui duxit quam polluit per adult. tame id e vergit ne fame tales pereant quia necare videtur qui non alti. *Incurre. D. de agnfo. lib. non ut auferat debita maritalia, quæ non tantum pietatis, sed & politiæ ratio induxit in societate coniugal.**

*Qui filii sint legitimi.*

### RESPONSVM I.

*De natis ex matrimonio p-  
tatino.*

*L*egitimos filios nasci constat ex matrimonio legitimo, s. s. x. qui filii sint legit. non tuncum, sed etiam ex nullo fæpe, & irritio, cum in facie ecclesia bona fide dimicetur, contra dictum fuerit. c. 2. t. 11. 6. 14. cedet. x. cod. etiam ad effectum succedit in hereditatem parentum. d. c. 2. & c. 11. etiam quod fe. da,

<sup>2.</sup> Q[uod] præsumitur.  
da, exclusionemque substituti. ve-  
re que sunt legitimi, non fidè pro-  
talibus habentur dumtaxat. Co-  
uar. de mat. c. 8. §. 1. n. 2. & seqq.

Vbi & post Baldum ait præsumi bonam fidem, dum non probatur mala. quod & Hostiensis dixit. eod. ut. §. legitimum in hac materia. & probat lex penult. C. de evict. l. quoties. §. qui dolo. D. de probat. l. bone. 110. D. de verb. signif.

Eandemque bonam fidem Al-  
ciat. in d. l. bone. præsumi ait etiam  
in eo. qui iuris. inquit. errore lapsus  
fir. & Couar. vbi sup. n. 9. etiam ad  
hunc effectum legitimandæ pro-  
lis. vt cum iuris errore constitat  
bona fides. si modò error talis sit.  
qui iustus habeatur. et in c. cum di-  
lectus. X. de consuet. & ibi DD. quo  
dubio ait suspensum fuisse Abba-  
tem. in c. referente. X. qui filii sint le-  
git. & pro iusto errore resoluisse  
Baldum Nouellum. in tract. de dot.  
p. 11. in caus. fin.

Si non in-  
dictus sit  
error.  
Iniustus enim error fuit in d. c.  
referente. si tamen error. impedi-  
menti publicæ honestatis. quod &  
contrahi verabat. & contractum  
solui volebat matrimonium. cum.  
inquit. filii nec per ecclesie permisio-  
nem. nec parentum ignorantiam excus-  
sentur. per illud ad successionem bono-  
rum paternorum non videntur aliqua-  
tenus admittendi. vbi sanè itiusmodi  
iuris error circa tale canonicum  
impedimentum obstat bona fidei.  
legitimati. & successioni.

Examina-  
tur l. qui in  
provincia.  
D. de ritu  
nupt.

Adfert tamen lex qui in pro-  
vincia. D. de rit. nupt. qua excusari  
iuris ignorantia videtur in ea. qua  
nupserat aunculo. & liberorum  
status in tali matrimonio quæsi-  
torum approbari.

Sed primò dicendum. valde spe-  
ciale calum ibi proponi. plus  
rium circumstantiarum. qua  
Imperatores mouerint ad sic res-  
cribendum.

Mouemur. inquit. & temporis  
diuturnitate. quo ignara iuris in matri-  
monio annunculi nisi fuisti. & quod ab  
auia tua collocata es. & numero libero-

rūm vestrorum: idcirco cùm hæc om-  
nia in unum concurrunt confirmamus  
statum liberorum vestrorum in eo ma-  
trimonio quæstorū. quod ante annos qua-  
draginta contractum est. perinde ac si  
legitimè concepti fuissent. ergo iuue-  
nis admodum. ante quadraginta  
annos. & ab auia collocata erat in  
matrimonium. & auunculo. quos  
magis iuriis gñaros credere pote-  
rat. nupserat. quod culpam ius  
ignorantia valde minuit. & tole-  
rancia iudicium per tantum tem-  
poris. vt quam proximè à iusto er-  
rore videatur abesse.

Deinde non dicunt Imperato-  
res matrimonium se approbare.  
nec liberos legitimos esse. sed se  
statum illorum confirmare. quod  
perinde est. ac si legitimarent. vt  
Imperatores veteres latine magis  
loquebantur.

Insuper aiunt Imperatores. per-  
inde ac si legitimè concepti fuissent: non  
ergo fuerunt legitimè concepti. &  
sic ait Baldus legitimationem per  
rescriptū imitari aurichalcū. quod  
videtur aurum. & non est. facit il-  
la vox perinde. qua similitudinem  
arguit. non identitatem ordinarie.  
ac lìu natura. Spigel. in Lex. v. perinde.  
v. quasi. v. tanquam. nullum enim  
fimile est idem.

Denique si in his salebris quis  
hæreat. omnino standum est. hic canos  
in materia matrimonij. effectu  
que inde surgentum. canonibus  
hodie standum esse. non legibus.  
Sanches & ab eo citati de mat. l. 3. disp.  
44. n. 2. adeoque iniustum iuris er-  
orem obstar. & matrimonio. &  
legitimati. & successioni. vt de  
his omnibus statuit d. c. referen-  
te.

Quærendum igitur hæc est. an  
clandestinitas refutat validitatem  
matrimonij. & decidit c. 2. X. de  
clandestin. sponsat. si contrahentes  
clandestina matrimonia voluerint  
publicare. inquit. nisi rationabilis can-  
sa prepediat. ab ecclesia recipienda sunt.  
& comprobanda. tanquam a principio in  
ecclesia conspectu contracta. valida  
sunt

Sequendi  
in materia matrimonij. effectu  
nes.  
Que clan-  
destinas  
vitiet ma-  
trimoniū?

funt ergo. eademque est sententia Concilij Trid. de mat. c. 1. dabitan-  
dum, inquit, non est clandestina ma-  
trimonia libero contrahentium conser-  
fa facta, rata & vera esse matrimonia,  
quam diu ecclesia illa irrita non fecit.  
dubitandum etiam non est matri-  
monio publicato, & ab ecclesia  
comprobato, legitimos filios esse,  
& haeredes, d.c. 9. X. qui filii sunt legiti-  
timi.

*S. s.*  
Si postea  
detegatur  
impedi-  
mentum  
dirimens.

Quod si autem clandestinè con-  
tractum est, & postea detegatur  
impedimentum illud irritans, fo-  
boles, inquit Concilium generale  
d.c. 3. X. de clandes. de spons. de tali  
coniunctione suscepit prorsus illegitima-  
cens, eatur. dependentum ignorantia nul-  
ligena habitura sub fiducia. iungitque  
causam; cum illi taliter contrahendo  
non expertes scientie, vel saltēm affe-  
ctatores ignorantie videantur. praeju-  
mit ergo ius in clandestinè con-  
trahentibus malam esse fidem. eo-  
demque modo procedit Concilium  
Trid. de mat. c. 5. ut scientes  
impedimentū & ignorantē compen-  
tentur, si quidem, inquit, sole-  
nitates requisitas in contrahendis matri-  
moniis neglexerint. adeoque inquit,  
si demque subjiciantur paenit. non enim  
dignus est qui ecclesie benignitatem fa-  
cile experietur, cuius salubria precepta  
contempt. eoque utroque ipe dis-  
penstatione Carere iubet.

Ob similem contumaciam er-  
ga ecclesias præceptum, pari modo,  
inquit d.c. 3. proles illegitima cen-  
seantur, si ambo parentes impedimentum  
scientes legitimam, præter omne inter-  
dictum, etiam in conspectu ecclesie con-  
trahere presumuntur.

Fidem ergo bonam destruit  
clandestinitas, si irritum postea  
matrimonium deprehendatur. ne-  
que id mirum: cum pro iuri regula traditum sit, eum qui contra  
ius mercatur bonam fidem presu-  
mi non habere. c. qui contra de reg.  
iur. in 6. & conformiter male, in-  
quit lex 7. C. de agricol. & censit. h.  
fidei possessorem esse nemo ambigit,  
quod contra legum interdictum

mercatur, quia lex, inquit Alciat ad  
d.l. bona specialiter reficit. ibidemque  
ex communi DD. sententiad. l.  
ex consens. D. de appellat. ait bonam  
fidem tum non presumi, cum fa-  
mosa, & passim nota lex est.

Quare cum Concilium Trid. d.  
c. 1. de mat. declarat se inhære-  
re vestigis d. Concilij, matrimonia que  
iubeat celebrari in facie ecclesie,  
præmissis tribus denuntiationi-  
bus, ea que olim de clandestinitate  
statuta sunt, ob omissois denun-  
tiationes etiam hodie obtinent. si  
super his fuerit dispensatum,  
quod permittit Concilium Trid.  
& dicit se vestigis Cón. Lateran.  
inhære: quoniam autem olim  
statuta, non sufficiant ad evita-  
da perpetua adulteria eorum, qui  
clam cum una contrahunt, & inde  
palam in facie ecclesie cum alte-  
ra; non sufficit hodie matrimonij  
clandestinè contracti publicatio, coram  
sed illud ipsum contrahendum proponit  
nunc est coram parocho proprio,  
vel alio sacerdote de illius, vel Or-  
dinarij licentia, & duobus testi-  
bus. d.c. 1. §. qui aliter, aliquin hu-  
i usmodi contractus irritos, & nulli  
los esse decernit.

Jgitur qui nunc aliter contra-  
hit, contra iura mercator, que  
nunc contractui resistunt, irri-  
tant, & annullant, & contrahentes  
ad sic contrahendum inha-  
biles reddunt: & consequen-  
ter bonam fidem presumunt illos  
non habere: adeoque fobole in-  
ta. d.c. 3. 5. si quis illegitimas facit  
censi, & contrahentes vel ex ma-  
litia, vel nimia insipientia peccaf-  
fe. iuxta c. final. X. de celeb. miss.

Et quoniam d. c. 1. decretum  
famosum est, tanquam in qua-  
que parochia publicatum, & tam  
serio proemio, tam grauibus sub-  
pensis seruari mandatum, censem-  
dum est omnino nullum esse ce-  
culationi locum, pro iuri errore  
tam iniusto, bonam fidem prætu-  
mi non esse, nec legitimatem fe-  
qui.

presertim attenta à contrario ratione d.c. 2.X qui filij sunt legit. cum parentes, inquit, eorum publice sine contradictione ecclesie inter se contraxisse noscantur. quando siquicunq; sunt alii impediti denunciare illud tenentur. c. tua nos. X. de cognat. spirit.

Adeoque Couar. vbi sup. n. 2. iam olim contractum in facie ecclesiae iuxta bonam fidem exigit, vt proles extra legitimum matrimonium nata sit legitima, aut saltem clandestini publicationem & ecclesiae approbationem d.c. 9. Tridentinum autem nunc exigit à primordio matrimonium contrahi in facie ecclesiae, vt diximus, adeoque ad prolis legitimam nativitatem opus nunc est & bona fide & primordiali contractu sic celebrato.

Facies ecclesiae seu conspectus est presbyteri parochialis testiumque praesentia. c.aliter.30.q.5. nam alijs, seu regularibus, seu secularibus clericis, non parochis, & contrahentibus proprijs, sub grauibus poenis prohibitum est matrimonia solemnizare. Clem. 1. de privileg. d.c. 1. de matr. Trid.

Quæ omnia applicando præsentia causa, non est iustum amplius dubium, quin matrimonium, unde processit proles de qua queritur, tanquam non contractum coram proprio parocco, vbi publicatum erat d.c. 1. de mat. Concil. Trid. irritum fuerit: cùm sententia pridem desuper lata ita fuerit declaratum: eaque per multos annos transiuerit in rem iudicatam, citra appellationem, aut saltem talem, quæ prosecutionem habuerit, & non sit deserta.

Quamuis enim in causa matrimoniali sententia dicatur numquam transfire in rem iudicatam, eius tamen dumtaxat ratio est, periculum peccati; ideoque mortuis contrahentibus, eorumque altero, cessante iā illa ratione, nihil superest, quin huiusmodi sententia, vt

aliæ, in rem transeat iudicatam quoad legitimatem prolium, & parentum successionem. Sanches & quos citat de mat. l. 7. disp. 100. n. 11. Vide que diximus supra de bis que vi. r. 1. n. 22. & seqq.

Bona autem fides, ex qua hic prætenditur legitimitas prolium, Cuius neg. destruitur à neglectu conspe- lectus ho- die bonam fidem te- struit.

etiam ecclesiae, quem diximus, ex quo contra iura mercantes, seu contrahentes, eoque modo quo iura resistunt, contractus irritant, & annullant, & sic contrahentes inhabilitant, bonam fidem tollunt: etiam saltem quæ meritaria sit beneficij juris, & legitimatis, vt diximus. neque enim affectata vel etiam vera, supina tamen, & non probabilis ignorantia eodem illo hic gradu est. d.c. 3. q. 1. X. de clandestin. sponsat d.c. referente. X. qui filij sunt legitimi. d.c. fin. X. de celeb. miss.

Arguitur quidem penale dispositionem d.c. 3. q. si quis. X. de cland. desp. extendendam non esse extra proprium casum: at verò licet subiuncta ratio ibidem generalis, illam extendi suaderet; tamen non opus hic est huiusmodi penae extensio; sed tantum de negatione beneficij, quod ecclesia benignè impertit ijs, qui eius mandata venerantur, ideoque publice contrahunt sine illius contradictione: d.c. 2. 11. 14. X. qui filij sunt legit. vt illud extendi non debat ultrasuostermos, & causam beneficij expressam: publicam utique celebrationem, quæ hodie esse non potest in ijs, qui sine proprio parocco contrahunt, qui non obsequuntur ecclesiae, sed participant de causa neglectus mandatorum ecclesiae: de quo in d. q. si quis. eoq; equius est effectus obseruantiae ad eos non deriuari, sed potius negligentiæ; si non & contumacia. vt cause & effectus symboli- sent respectuē.

Quæ